



3B

Uu

1. Iøger s. Joh. Wolff. / diss. de chrisdo spōsore
et medicatore foelberis gratia, Tübingo 1713.
2. Iahrij s. frid. Wilh. / diss. causa corrupte
eloquentiae sacræ, Wittenb. 1733.
3. jani s. Joh. Wilh. / diss. Sacrificium Missa
pontificium Liturgijs orientalibus ignorantia
esse, Wittenb. 1725.
4. oratio de optimia interpretatione
tione Sactas litteras Wittenb. 1719
5. diss. de Pyrrhonismo in officiorum
ecclesiasticis, Wittenb. 1719
6. programma Academie Jenensis exhibens
brevis in pentateuchum Worthem fer-
m stricturas, Et de nefaria vniuersitate 1735.
7. jenichen s. gotth. frid. / diss. de lapide
jacobi uncto, Lipsiae 1731.
8. Iochij s. Joh. Georgij / diss. de plaudis glorie
fidei impedimento, Wittenb. 1728

i 20 31

DE ACTIONIBUS FORENSIBUS

EXERCITATIO THEOLOGICA,

IN ACADEMIA HOLSATORUM
^{Qvam}
CHRISTIAN - ALBERTINA,
PRÆSIDE

CHRISTIANO KORTHOLT
S.Theol.D.Prof.Prim. & Pro-Cancellario,
publice discutiendam exhibitet,
ad diem Februar.

JOHANNES ^{Bottlieb} MOLLERUS,
Gedanensis Prussus.



KILONI,

Typis Joach. Reumannii, Acad. Typogr.
Recusa, 1707.

50
Dicitur
AGATHONIUS
ProPHETus
HabITATur OnTOLOGIA
ConTRACTus AccORDatUR
ConTRACTus ConTRACTus
TraNSFerATur ConTRACTus
ConTRACTus ConTRACTus
ConTRACTus ConTRACTus



DE ACTIONIBUS FORENSIBUS. CONSPECTUS.

- I. Quamvis Judicia publica in se, culpari & improbari nequaquam debeant, occurunt nibilominus, secundum vultarem praxin hodiernam, in actionibus forensibus, que cum Verbo Dei revelato, ipso quæ Naturæ lumine, nullo modo concordant. Muhammedanos, eodem Cle-nardo autore.
- II. Vitia Processus judicarii: deque iis querele veterum Theologorum pariter ac jCtorum;
- III. Sed & nosfræ etatis scrip-torum.
- IV. Procuratoris causarum de-sperantis lamentabile exem-plum. Advocatus Clientis, non Justitiae.
- V. Nic. Clenardus cum infidelibus Muhammedanis in Afri-ca vivere maluit, quam in Europa cum Christianis Cau-sificis. Judiciorum ratio apud
- VI. Vilitiratorum forensium artes crassiores alia, alia subtiliores.
- VII. Vindicta vel privata vel publica.
- IX. Vinalcta publica divinae auctoritate nititur.
- X. Magistratus vindictam publi-cam exercere debet sponte sua, & etiam non rogatus.
- X. Nonnunquam interim neces-sarium est, ut sit qui ad tri-bunal causam devolvat.
- XI. Obligatio ad illatum, da-mnum rependendum, & pa-nam sustinendam, differunt.
- XII. Judex & leso justitiam ad-ministrare debet, & paname reo irrogare.
- XIII. Justitiae Corrective actus exercere, an, & quousque so-lius Magistratus sit.

DE ACTIONIBUS

- XIV. *Jusitiae actus ille, quo alteri quod suum est restituatur, etiam a privato exerciri potest.*
- XV. *Errant qui data quavis occasione Iudicis operam sibi implorandam esse arbitrantur.*
- XVI. *Aliquando tamen non modo permisum id est, sed & necessarium.*
- XVII. *Etiam inter viros probos coorte controversie ad Iudicium publicum recte ac prudenter nonnunquam deferruntur.*
- XVIII. *Sedulo interim cavidum hec, ne quid vindicta privata interveniat.*
- XIX. *Quomodo Vindicta privata etiam a non advertentibus exerceatur.*
- XX. *Ulcio privata Vindicta publice praetextu turpitudinem suam qui velare mitatur*
- XXI. *Vindicta privata ab iis etiam qui publici Iudicis opera utuntur, exerceri potest.*
- XXII. *Dubium.*
- XXIII. *Pana, quam reus luit, aliter se habet ad Magistratum relata, aliter, relata ad illum qui Magistratum ad puniendum instigat. Ipse Magistratus fontes puniendo privatam exercere vindicam potest.*
- XXIV. *Quando & qua ratione, ut puniatur qui nos ledit, Magistratum rogare possimus & impellere.*
- XXV. *Quando & qua ratione, ut puniatur qui nos ledit, Magistratum rogare possimus & impellere.*
- XXVI. *Quam difficile sit & arduum, in negotio ad antagonistam spectante sic se gerere, ne quid odii & similitatis se admisceat.*
- XXVII. *XXIX. Der Sachen Feind / der Personen Freund sein / facilius dicitur quam prestatur.*
- XXIX. *Duo cum faciunt idem, non est idem.*
- XXX. *De Restitutione bonorum, sententia Lutheri.*
- XXXI. *De regula Christi: Quod tibi vis fieri, alteri feceris, Matib. 7, 12. Luc. 6, 31.*
- XXXII. *Er. Sarcerii de Restitutione locus.*
- XXXII. *Charitatis legem latius patere quam Iuris regulas, docet H. Grotius.*
- XXXIV. *Seckendorff: eo faciens testimonium illustre.*
- XXXV. *Qui argumentis non posse sunt, Consuetudine actionibus suis patrocinari satagunt.*
- XXXVI. *Ratio prevalere debet Consuetudini: que fallax est, inque periculosos sepe errores abripit.*

1. Fert

FORENSIBUS.

5

Quamvis

Judicia

publica in

se, culpari

& impro-

guli hodie perstrepunt:

bari ne-

heis licere multi existimant,

praxiq; ipsa sine ullo con-

quaquam

scientiae scrupulo quotidie exprimunt,

quæ cum Sal-

vatoris nostri doctrina verique Christianismi scitis ne-

quaquam concordare, nos quidem arbitramur.

Tam-

etsi enim nec Anabaptistis aut Weigelianis patrocinari

nus secun-

volumus, qui nulla ratione Judicia publica exerceri

dum vul-

in Ecclesia debere disputant;

nec Socinianis, qui fra-

xin hodi-

tri cum fratre licitum esse in judicio contendere ne-

ernam, in

gant, utut eos qui foris sunt ab homine Christiano in

actionibus

jus vocari posse admittant:

occurrere tamen in recte forensibus,

etiam cetera constitutis judiciis, inq; actionibus foren-

sibus; secundum vulgarem hodiernam consuetudinem,

Verbo Dei

revelato

que vel solo naturæ lumine collustrata ratio, nedum

ipso; Na-

tura lumi-

ne nullo

modo con-

cordanter.

I. *Ert animus, de actionibus litigisque forensibus aliquid commentari, quibus (proh dolor !) o- minia propemodum loca, compita, vici & an- guli hodie perstrepunt: quod non pauca impune bari ne- heis licere multi existimant, praxiq; ipsa sine ullo con- quaquam scientiae scrupulo quotidie exprimunt, quæ cum Sal- vatoris nostri doctrina verique Christianismi scitis ne- quaquam concordare, nos quidem arbitramur. Tam- etsi enim nec Anabaptistis aut Weigelianis patrocinari occurrunt nibilomi- nus secun- dum vul- volumus, qui nulla ratione Judicia publica exerceri garē pra- in Ecclesia debere disputant; nec Socinianis, qui fra- xin hodi- tri cum fratre licitum esse in judicio contendere ne- gant, utut eos qui foris sunt ab homine Christiano in actionibus jus vocari posse admittant: occurrere tamen in recte forensibus, etiam cetera constitutis judiciis, inq; actionibus foren- sibus; secundum vulgarem hodiernam consuetudinem, que cum Verbo Dei revelato que vel solo naturæ lumine collustrata ratio, nedum ipso; Na- tura lumi- ne nullo modo con- cordanter.*

II. *Et initio quidem haud ullum temere reper- tū iri credim, CHRISTI doctrinam sincere & ex animo professum, qui non execretur abusus illos manifestos; quod multi ex mera malevolentia, iracundia, & rixandi pruritu, ob res saepē leves ac frivolas lites proximo intentant; sine tentata prius amicabili compositione ad tribunalia properant; summa verborum animorum que acerbitate omnia gerunt; convitiis, calumniis, querelæ ve- obrectationibus, cavillis, sycophantiis, Judiciarios processus instituant; vafrisque artibus id agunt, ut vix pariter ac*

ætate hominum amorumque centuriis contentiones terminentur. Audimus de his quotidie bonorum querelas: extant illam in rem editi publice libri integri. Cujusmodi jà superioris seculi anno LXXIX, sub titulo, **Treuherzige Warnung für vergeblichem mutshwilgen Zancken und Rechten / Conradus Porta edidit, Ecclesiae Islebiensis Pastor.** qui sub finem sui illius altera vice publicati libelli ad scripta quoque provocat de eodem hoc argumento jam ante vulgata ipsorummet I^ctorum, Nicolai puta Vigelii Richter-büchlein/ & tract. vom Juristischen Glauben/ ac Georgii am Walde Gerichts-Teuffel.

*Sed & no-
stre æta-
tis scri-
ptorum.*

III Sed nec nostra ætate defuerunt, aut hodie etiamnum desunt, quibus idem animus, viri summi ac celeberrimi, & quorum judicium præ ceteris magni heic faciendum esse nemo negaverit. Legantur heic probeque expendantur quæ habet Illustris Dn. Vit. Lud. a Seckendorf, Eques, Consiliarius Intimus Saxonicus, Fautor roster singularis, im Christen. Stat lib. II, cap. XI, 3. seqq. ubi inter cetera §. 4. Ich rede/ inquit, aus mehr als dreyzigjähriger Erfahrung/ als der ich in hohen Collegiis Glied und Haupt gewesen/ und der gleichen Dinge und Personen fast unzählig vor mir gehabt: so habe ich auch diffals keine passion, den ich habe zeit Lebens mich der Processe nach eus- serster Möglichkeit enthalten / und was mir für gefal- len / gütlich / oder gar fürglich zur Erörterung ge- bracht / daß ich also am allerwenigsten über Richter und Advocaten meines theils zu flagen habe; So weiß ich auch grundgelehrte / Christliche und tapfze- re

FORENSIBUS.

7

re Männer / die in hohen Collegiis sitzen / und mit mir
dissals gleicher Meinung sind / wie wol die Aeltesten
und Erfahrensten nach und nach ihren Lauff geendiget / und die Welt auch dissals in ihrem bösen
Stande/ gleich ich auch thun muss / hinterlassen. In-
zwischen ist und bleibt wahr / daß diese Gebrechen
bei den Obrigkeitien in Rechts- Process- uñ Criminal-
Sachen durch das wahre Christenthumb haupt säch-
lich gebessert werden könnten und solten / auch kein ans-
der zulängliches Mittel dagegen zu finden / welches
nicht auff diesem Grunde beruhen wird. Mann hat
viel herrliche und heilsame Cammer- und Hoff- Ge-
richts- Appellations- Proces- und dergleichen Ord-
nungen/ Landes- Erledigungen/ Statuten uñ was dess-
sen mehr ist: je mehr aber derselben gemacht worden/
je grösser ist der Missbrauch auch her für gebrochen /
und neben so viel guten Gesetzen / gedoppelt so viel
Fraudes, Gefehrden / Misdeutungen und Verkeh-
rungen / als wilde und Wasser- Reiser aufgespro-
set / daß der gepflanzte gute Baum der Ordnung
der meisten Krafft beraubet blieben / und wenig
Früchte getragen / die nicht dem Ungerechten / Unver-
schämten / und hinterlistigen vielmehr / als denen /
die klares Recht gehabt / zu theil worden. Ist ja Be-
weises gnug / daß es mitten in der Christenheit und
in dessen mächtigen Ständen an der Gottesfurcht
und wahrem Christenthum mangeln müsse. Videatur
item hanc in rem Amplissimi Dn. Reinholdi a Der-
schau, Consiliarii Elector. Brandenburgici, Hodoso-
phia Viatoris Christiani lib. II, cap. XII, pag. 276. 315. seqq.
nec

DE ACTIONIBUS

nec non habita anno clo loc LXXXI, Marburgi Cattorum sub præsido Dn. Arnoldi Mauriti Holtermanni, JC. Consiliarii Hassiaci, & Pandectarum Professoris, disputatio Juridica de Vario Juris usu & abusu in Curii & Cancellariis. ubi inter alia hæc leguntur, thes. I: *Forum & Curia Juris & Justitie fuit promptuarium olim: hodie multis in locis factum est, prob dolor! Juris & Justitie conditorum; cuius aditus angustior factus, quam ut destituta simplicitas facile eo penetrare possit.* ---- Care enim in foro emitur litigandi experimentum; in quo, tamquam in nundinis, non tantum lus, sed & sepe Injuria est tibi redimenda, si jus tuum servare cupis. --- Ob sumptuum immensorum necessitatem tenuiores a jure suo arcentur: ut tolerabilius sit Injuria, quam Iudicium; ut opprimi sepe sit satius, quam vindicari. Hodie ergo cum Seneca lib. 2. de Tranq. forum & curiam loca possumus dicere exercendis in publico vitiis destinata. thesi xv: *Malum hoc (de Judicum corruptione loquitur) usque passim adeo inolevit, ut jam ex consuetudine vendantur leges, Jura corrumpantur, & sententia ipsa sit venalis, & nulla jam causa esse possit sine causa. Nihil, prob dolor! tam munitum, quod pecunia expugnari non possit.*

Marent captiva polluta Judge leges.

Ubi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba raucescit. in Gratius Gratuitis & jejune comitatis vel effate non magna spes collocanda est: Gratiae pregnantes & gravidae apud Justitiam & Judges magnam vim commendationis habent. Quis dicere nunc erubescit: Quid mihi dabis, ut tibi Justitiam administrem? Quis in Magistratu constitutus, parvo temporis spatio non ingentes congerit dittias?

FORENSIBUS.

9

vicias? Ratio potest dari vel esse hoc:

Accusatus dum venerit ante tribunal,
Proficit in nibilo, si venerit absque Dative.
Nulli charus erit, si copia deficit aris.

IV. At plura huc facientia qui desiderat, ipsam illam disputationem consulere potest, ubi de Procuratorum quoque & Advocatorum artibus ac technis th. xv & xxix non pauca inveniet. Quibus quam tristis respondere soleat eventus, (ut ὁ ἐν παραδίκῳ id adjiciam) docet historia memorabilis, Card. Bellarmino, lib. ii de Arte bene moriendi cap. xi his verbis recitata: Ego ipse invisens aliquando egrotum morti propinquum, cura inciperem loqui de preparatione ad exitum de presenti vita, respondit constanti animo, Et sine ullo metu, ac dixit: Ego, Domine, cupivi alloqui te, non pro me, sed pro coniuge mea, & filiis meis: ego enim propero ad inferos, neque est quod aliquid pro me agas. Hec vero protulit animo tranquillo, ac si de itinere ad villam vel oppidum aliquod loqueretur. Ita nimurum Diabolus animam eius sibi subiecterat, ut non cuperet nec vellet ab eo divelli. Nec tamen Magus aut Necromantus erat, sed artem exercebat valde periculosam, Et intentus lucro per fas & nefas, oblitus videbatur, non solum Dei, sed etiam anime sua. Summa est: cum multis verbis illum ad meliorem mentem revocare tentasse, nihil efficere potui. Cupiet fortasse aliquis nosse, quam ille artem exerceeret. dicam, ut ejus interitus alius hominibus ejusdem artis, si qui sunt ei similes, proficit, ut respificant. Procurator causarum erat, ex illorum numero, qui non

Procure-
toris cau-
sarum de-
sperantis
lamentan-
bile exem-
plum.

B

manu

DE ACTIONIBUS

multum laborant, utrum causam justam an injustam de-
 fendendam suscipiant, atque interim utrique parti in-
 iuriam faciunt, modo ipsi marsupium impleant. Hæc
Advocatus Clientis, nō Jusitiae.
 Bellarminus, sequentia mox subjungens: *Vir quidam*
apprime doctus cum mecum ageret, & merita cause cu-
justum exponeret, ego sermonem eius interrumpens ajo-
Videris mibi causam injustam fovere. Ille assentiens re-
spondit: Ego non sum Advocatus Veritatis, aut Jusitiae,
sed Clientis met. Meum est, exponere merita causa, quam
defendendam suscepī: Iudex viderit, pro qua parte sen-
tentiam ferat. Cui profano & temerario homini op-
posituisse se ait illa Thomæ Aquinatis II Secundæ, quæst.
 LXXI, art. III: *Illicitum est alicui cooperari ad malum fa-*
ciendum, sive consuendo, sive adjuvando, sive qualiter-
eunque consentiendo; quia consilians & coadiuvans quo-
dammudo est factens. Et Apostolus dicit ad Romanos I.
quod digni sunt morte non solum qui faciunt pecca-
tum, sed etiam qui consentiunt facientibus. unde supra
 Qd. 62. art. 7 *dictum est, quod omnes tales ad restitutionem tenentur.*
 Manifestum est autem, quod Advocatus auxilium &
 consilium præstat ei, cuius causa patrocinatur. unde si sci-
Nic. Clenar. *enter injustam causam defendit, absque dubio graviter*
dus cum in peccat, & ad restitutionem tenerur ejus damni, quod
fidelib. Mu- contra justitiam per eius auxilium altera pars incurrit.
bamenda- *v. Nicolaus certe Clenardus, vir magni inter-*
nis in Afri- literatos nominis, actionum forensium vitia fraudes-
ca vivere que, & iniquitates Advocatorum, adeo tulit moleste,
in Europa *maluit, quā ut odio earum ac tædio, relicta Europa, Fezæ sive Fe-*
cum C bri- feæ Afrorum inter Muhammedanos barbaros, quam si-
stanis Cau- *dem licet Christianam professos causarum patronos a-*
fficis. *gere*

FORENSIBUS.

ii

agere se maluisse, scripta anno c¹⁵lo XLI ad Arnoldum
 Streiterum, Abbatem Tongelarensem, epistola in-
 dicium facit; *Quia tam parum me juverunt, inquiens,*<sup>Epist.lib.1.
p.87.conf.</sup>
in obtinendo jure, ut fugerem litem sempiternam, veni in Car. 5.p.
exilium illud serme sempiternum, & post interjecta quæ-<sup>l.2.ep.ad
250.</sup>
dam, In tam vasta, ait, urbe (Fesā, sive Feza) nullus est
Advocatus, nullus Procurator. Ad templa sedent Alphakii, &<sup>Judiciorū
ratio apud</sup>
domi presto est Jūdex, qui dicitur Alcadi. Si qua lis oritur,^{Muham-}
quod ferme accidit propter matrimonia, utraque pars vel^{medanos,}
Alphakium adit, vel Judicem; & momento temporis fini-^{auctore}
tur controversia. Quare, Reverende Domine, si quos^{Clenardo.}
Advocatos velis castigare, quod male defenderint euas
Decimas, mittantur hoc Fesām: morientur fame, con-
troversiarum inopia. --- Didici adagium, quod non no-
verat adagiosus Erasmus: Opes perdunt Christiani litti-
gando; Judei conviviis festorum; Mauri celebrandis
nuptiis. --- Quando tam instabilita hic sunt matrimo-^{i.c.p. 08.}
nia, non raro existunt controversiae; verum tū extincta
est ferme priusquam sit constituta. Similiter epistola ad
 Jacobum Latomum, Theologum Lovaniensem, eo-
 dem anno data, *Ut nulla terra, scribit, tam est noxie*
herbis, in qua non aliqua parte Nature bonitas conspi-
catur: sic gens ista Macbometica, fœdis & execrabilis
erroribus dementata, Deo maximas debet gratias, quod
libera sit a duplice tyranide, Sanicidarum & Caussico-
rum (Controversiarum fabros & litium Magistros vocat
epistola ad Carolum v Cæs.) Vitales sunt ut nos, &
longius etiam vitam prorogant. Cumque sint ferme L mil-
lia familiarum (Fesā) tamen nulli sunt Advocati, Procu-

B. 2.

7480

DE ACTIONIBUS

ratores, Sollicitatores, & id genus homines. Si que sine
 controversia, qua ferme incidentur ob matrimonia & di-
 vortia, -- non tamen pro Helena configitur bello de-
 cennali, nec pro Begints litigat Glenardus octo annos; ve-
 rum utraque pars Judicem adit; is momento temporis
 rem transigit: nec sciunt, quid sit Sententia Interlocu-
 toria, quid Appellatio, & biusmodi lacrymosa mibi quon-
 dam vocabula (nempe secundum illud celeberrimi
 JCti, Dn. Jo. Schneidevyni, quod ex eo se audivisse C.
 Porta memorat, proxime laudato libello fol. 70. Sees-
 lig ist der Mann/ den diese Juridica vocabula nicht bes-
 treffen / als da seyn / Citiren / Agiren / Sententioni-
 ren / Leuterieren / Appellieren / und dennoch die Sachen
 verlieren) Ubique est sententia definitiva; & ferme
 lis sapita est antequam contestata. Designatus nimirum
 erat Glenardus, ut narrat epistola ultima, omnibus
 lib.2.p.272.s. Christianis inscripta, Curatus templi Beginarum Die-
 stensium: sed mox lites ipsi ab antagonista quodam
 motæ sunt adeo molestæ, ut rixarum istarum pertæsus,
 & spartæ isti & patriæ, ultimum vale dixerit. Ipsa ver-
 ba accipe. Ubi, ait, in me conspirassent Begina, & ovium
 suffragis declaratus fuisset, & suspectus in locum de-
 mortui, protinus exortus est adversarius, cæpimusque stre-
 nue litigare, & implacabili bello configere. Ac primum,
 quod tyro esset rudit earum artium, valde stupidus admira-
 rabar, quod rivalis velitando in Processu, me negaverit
 Clericum, natum legitimo matrimonio; esse omnino in re-
 rum natura; & biusmodi ihsis solenia, nata contra-
 bendis controversia: & stultus expostulare volebam de-
 mendacio, nisi me Procurator docuisse, istum esse vide-
 tiæ

FORENSIBUS.

13

litteris stylum, & contra illum nos quoque obiecturos esse con-similia. Nolo, inquam, mentiri; quid attinet in iis conte-re tempus? rem ipsam putemus, mee sint Begine, an illius. Quid nisi riderer, hac tenus illius ignarus pale-stre? Ut paucis absolvtam, iam bello Troiano appetebat de-cennium, & multis iactatus invisiſſimis laboribus, obſi-dendis foribus Procuratoris, Advocati, Judicis, & alio-rum etiam, quos similiſ exercet cura, deinde in mul-tas urbes bac de causa subinde proſectus, aptissimus eram faciundis itineribus & quod nullum remedium daretur agenda pacis, obnientibus parentibus (nam ipſe viam vi-debam per quam facilem, si, traditam Beginis adverſario, defiſterem a litibus) quia, inquam, bellum erat inextri-ca-bile, omnino decreveram primam quamque occaſionem fuge capere: non tam amore Arabicandi, quam odio fi-gandi.

VI. Sicut autem, quaꝝ ex Brabantia in Lusitaniam, tandemque in Africam, bonum illum Clenardum pepu-lerunt Vitilitigatorum forensium artes, adeo craſtæ ſunt, ut iſpis veluti manibus palpari ab omnibus poſſint, inde que nemo facile tam exiguum Pietatis ſenſum ha-bet, quin tantarum fraudum indignitate moveatur: ita ſuperrunt alia quædam, Iuſtitiæ indolem tam ſpe-cioſe mentientia, ut a quibusvis prima ſtatim fronte, quid vere iis ſubſit virtutis, hauſe facile agnoſcatur.

Vitilitiga-torum fo-renſiu-m ar-tes craſtio-res alie-a-lia ſubri-ores.

VII. Illuſtris eſt & plae aurea diſtinctio, qua Vin-dicta alia priuata alia publica eſſe diciſtur. Quod diſcri-men non ſatiſ animadverſum olim in cauſa fuiffe, cur e variis diſſicultatib⁹ commode ſatiſ expedire ſe ne-quiverint priſci Ecclesiæ Doctores, eruditæ, ut ſolet,

Vindicta
vel priuata
vel publica

B 3

osten-

DE ACTIONIBUS

ostendit Chemnitius noster Loc. Theolog. part. ii, pag. m. 115. Quia nempe, ut stultorum, sic improborum plena sunt omnia, nisi horum coerceatur protervitas, cunctarum rerum confusionem fieri oportebit, & a malis boni opprimentur penitus. Quod considerantes oī ἔξω, ubi Matth. v, 39. seqq. vindictam a CHRISTO nisi prohibitam legerent, absolute id accipientes, omnemq; hoc pacto viam propulsandi injurias præcludi putantes, Christiam doctrinam ut Reipubl. nequaquam convenientem, sed detrimentum ei interitumque afferentem, traducebant. Ibi ergo, scribit Chemnitius, cum omnino aliquid esset respondendum, potuissent recte & perspicue illam calumniam refutare veteres Christianorum Apologetæ per distinctionem de duplice Vindicta. Sed quia illa tunc non erat satis explicite tradita, querenda fuerunt alia diverticula, ne nihil responderetur: sicut solet fieri, quando urgent adversarii, & vera fundamen-
sa non sunt nota. Vide Tract. nostrum de Calumniis Gentilium lib. i, cap. iix.

Vindicta apu
blica divina
auctoritate
nicitur.

IX. Vindicta nimis publica, qua injuria intentata per Magistratum arcetur, parti læsæ securitas præstatur, suum cuique tribuitur, fama aliaque bona erepta repetuntur & restituuntur, improbi coercentur, emendantur, debitis pœnis in eorum delicta animadvertiscuntur, publicæque ita tranquillitati in omnibus consuluntur; hujusmodi, inquam, vindicta, cuius utilitatem, ino necessitatem ipsum Jus naturæ docet, per Evangelii prædicationem sublata minime aut a CHRISTO abrogata est. Vide Luc. xii, 58. xix, 3. Joh. xix, 23. Act. xvi, 37. xxiii, 3. xxv, 10. Et notari omnino me-
retur,

retur, Paulum Apostolum, postquam solicite adeo Romanos a vindicta privata dehortatus erat, Rom. xii, 14, 17. seqq. e vestigio vindictam stabilire publicam capite XIII, ubi demagistratu, οις διδούσι τινι, ait, ἔδικτος εἰς τρόπῳ τῷ κακῷ πρόσωπον. DEI minister est, Vindex ad iram ei, qui quod malum est fecerit; ne scilicet quæ de vitanda ultiōne privata præceperat, ad omnem omnino sine discrimine vindictam trahe-rentur.

ix. Et ea quidem lege Magistrati commissa est vindicta publica, ut non modo licitum ei sit illam exercere, sed ut exerceat, divinitus quoque mandarum. Vide Deuter. xix, 13. Unde patet, quæ de propulsandis publica auctoritate injuriis, probisque defendendis & puniendis improbis, supra diximus, ita per potestates superiores curata velle Deum, ne in iis pro libitu ver-fari integrum ipsis sit; sed ut obligentur ad talia præ-standa vi muneric quo funguntur, hoc est, ita ut spon-te etiam nec a quoquam compellati ista exequantur. Nam quod dici vulgo solet: *Judex non nisi imploratus officium suum facit;* &: *Wo kein Kläger ist/ da ist kein Richter;* id nisi cum grano salis accipiatur (ceu loqui solemus) sed absolute intelligi debeat, ac ita quidem, ut sermo sit de illo quod fieri deceat & conveniat (quid enim per pravam confuerudinem fiat, pa-rum heic curamus) omnino falsum est, Deique Ver-bo adversum. Rectissime Dn. a Seckendorf, loco supra expresso §. 1. Es bleibt die Gerichtbarkeit / oder die administration der Justiz / eine von denen vornehm-sten Verrichtungen der Obrigkeit. Und zwar nicht

Magistra-tus vindic-tam pu-blicam ex-ercente de-sert, et et-iam non ro-gatus.

nicht allein auff Anruffung und Klage der Bekleidigten oder Beschwerden / sondern auch --- ex officio , das ist / von Amts wegen. Inmassen dann das alte Sprichwort : Wo kein Kläger ist / da ist kein Richter / keine durch gehende Regel macht ; sondern es liegt der Obrigkeit in vielen Stücken und Fällen ob / auch unangerufen / und durch eigenen Fleiß und Erforschung (per modum inquisitionis) dem Übel zu steuern / insonderheit allen demjenigen/ dadurch nicht allein einer einzeln Person oder Sache unrecht geschiehet / sondern auch wo eine böse und ärgerliche Nachfolge gegeben wird / das hernach andere sich desto ungescheuer auf gleiche Weise zu vergreissen unterstehen / und bevorab wo Menschen Blut vergossen / oder Raub / oder Zwang und Gewalt geübt wird. Similiter Holtermannus , ante memorat loco th. iv: Nonnunquam potest aliquem condemnare Judex , et si nullus sit accusator vel actor . Et fallit illud: Wo kein Kläger ist / da ist auch kein Richter ; cum crimen scilicet est notarium , aut consumacia preslat locum accusatoris , aut virtualis sit accusator infamia publica ad instituendam inquisitionem.

x. Fatemur interim , aliquando necessarium esse , si Judex quæ fuarum sunt partium debeat exequi , necessarium ut sit , qui ad tribunal perferat , de quo pronuntiet , ut sit ciandum est : quando nempe alias non potest qui ad tribunal constare ipsi de negotio , quod magistratus opem depobunal causat . Tunc enim valet Germanorum illud: Wer nicht samdevol spricht / wer weis was dem gebracht . Ceterum si pat res notoria sit , nec magistratum fugiat , ejusque man-

FORENSIBUS.

17

menti, ut sine detrimento Justitiæ aut proximi incommodo dissimulari nequeat, non exspectandus est actor seu accusator, sed ipsa rei conditio ad præstanta quæ sui sunt muneric invitare Judicem debet & compellere: est, inquam, per conscientiam is obligatus ad suum cuique tribuendum, defendendos ab illatis injuriis innocentes, & repetendam a delinquentibus, si quos esse compererit, pœnam, pro eo ac æquum est, legesque postulant.

xi. Quæ ut rectius intelligantur, observari oportet, si quis injuriam vel damnum alteri intulit, Obligatio ad illatum damnum rependendum, & pœnam sustinendum, differunt. non solum obligatum hunc esse ad illi resarcendum, sive reddendo quod per injuriam eripuit, sive æquivalens exsolvendo, sive alia quacunq; ratione satisfaciendo; sed etiam ad subeundam pœnam, quam ejusmodi delinquentibus leges imponunt. Vide Thomam u Secundæ quæst. cix, artic. ii, Gabr. Vazquez in Thoma Tom. i, quæst. xxi, disp. LXXXV, cap. iv, 26. præcipue Grotium de Jure B. ac P. lib. ii, cap. i, xvii. Et qvamvis duo haec vulgo confundi soleant, diversissima tamen sunt. Nam qui datum alteri damnum repedit, vel rem ei ablatam restituit, hoc ipso, accurate si velimus loqui, non punitur, pœnamve persolvit, sed reddit solum quod per injuriam alteri eripuerat: cum pœnæ proprie dictæ irrogatio consistat in infligendo dolore, cuius metu libido peccandi restinguatur, & per quem futura hominis peccantis, vel aliorum peccatorum nisi pœna terrent, queratur emendatio. *Puniendis peccatis,* scribit Gellius Noct. Attic. lib. vi, cap. xiv, *tres esse debere causas existimatum est.* Una est,

C

que

qua^e redētia, vel redētio vel rapalio dicitur, cum pena adhibetur castigandi atque emendandi gratia; ut is, qui fortuito deliquerit, attentior fiat correctiorque. Altera est, quam ii, qui vocabula ista curiosus divisorunt, riueplas appellant. Ea causa animadvertisendi est, cum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, euenda est, ne pretermissa animadversio contemptum ejus pariat, & honorem levet. Idcirco id ei vocabulum a conservatione honoris factum putant. Tertia ratio vindicta est, qua wagaderua a Gracis nominatur: cum punitio propter exemplum necessaria, ut ceteri similibus a peccatis, qua prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pena deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisq; pœnis dicebant. Confer quæ habent Galenus, in libro, Quod animi mores sequuntur temperamentum, cap. xi, Alexander ab Alexandro, Genial. dier. lib. iii, cap. v, Lud. C.Rhodiginus Lection. antiqu. lib.vi, cap. xiv, & in primis Grotius memorato loco cap. xx, num. iv, seqq.

*Judex & xii. His ergo positis, utrumque Judici curan-
læso Justi- dum esse dicimus, tum ut læso Justitiam administret
tiam admi (ceu loqui solemus) & in ablatorum restitutionem, sive
nistrare & in se, sive in suo æquivalente, reum condemnet; nisi for-
debet, & san hic illatam alteri injuriam Justitia quadam correctiva
pœnam reo debeat, suumque adeo factum emendet ipsem: tum ut
irrogare. salutem ac tranquillitatem publicam a malorum impro-
bitate muniat, legum & magistratus auctoritatem tue-
tur, pœnarumque exemplis peccandi illecebras proter-
vis adimat. Tametsi enim facta in unum alterumque in-
juria confundi non debet cum delicto civili; quod hoc,
in*

in quantū tale, cum Justitia pugnat legali, ut vocant, quæ cuivis civi erga Magistratum latisque ab eo legibus recte se & convenienter gerere injungit; illa vero, qua talis, Justitiæ particulari adversatur, quæ exigit, ut suum quisque jus in bonis ad se pertinentibus habere permittratur; indirecte tamen & consequenter etiam in privatum immisca injuria in magistratum totamque civitatem redundat; cum magistratus legibus eaverit, ne cui inferatur injuria, & læsa parte totum nequaquam illæsum dici possit; sed in universam diffundatur rempubl. eamque turbet, quam quis in unum alterumve immittit injuria. Quo pertinent illa Ciceronis Philipp. ix: *In corpore si quid ejusmodi est quod reliquo corpori noceat, uri ac secari quod noceat patimur, ut membrorum aliquod potius quam totum corpus intereat. Sic in Reipub. corpore, ut totum salutem sit, quidquid est peccatum amputetur. Dura vox?* Multo illa durior: *Salvi sint improbi, scelerati, impii; deletantur innocentes, honesti, boni, tota Respublica.* Nimirum bonis nocet quisquis pepercit malis, dicente Publio Syro & secundum Laetantium, libro de Ira, cap. xvii, bonorum salutem custodit, qui malos punit: --- ipse autem est nocens, qui aut innocentia nocet, aut nocenti parcit, ut pluribus noceat.

xiii. Ex dictis facile nunc liquere potest, in quibus consistat Vindicta illa publica, quam potestati civili dividitus demandatam esse-supra affirmavimus: nempe, ut penset damna illata, & reddat cuivis quod suum est; utque vindicet læsam Magistratus auctoritatem, & non xiam Reipubl. malitiam coercent. (licet enim, si velimus ἀφ. βολεγῆι, huic vel illi datum damnum resarciri.)

DE ACTIONIBUS

re, ad Justitiam vindicativam, qua talem, non pertinet, utpote quæ in puniendis solum delictis occupata est, siuumque hunc actum exercere etiam potest ubi damno privato compensando & tollendo non est locus, ut v. c. in homicidio; communiter tamen latius Vindictæ publicæ vocabulum usurpatur, quam ut solam illam Justitiam, quæ speciali nomine Vindicativa appellatur, respiciat. quomodo Chemnitius ait, Loco de Vindicta pag. m. n^o 8, a. Publica vindicta suscipitur, vel defensionis gratia, ad propulsandam injustam violentiam; vel puniendi causa, ut legitimis penis afficiantur graffatores) Jam inquirendum ampli, utrum isti actus ita Magistratui convenient, ut ab eo solo possint & debeant exerceri; num vero privatis etiam aliquando illi competant.

*Institutio a-
ctis ille quo
alteri quod
siuum est
restituitur
etiam a
privato ex
eretur ipso-
ctis.*

xiv. Ubi jam supra, num. xii. dum læso Justitiam a Judice administrari, reumque in ablatorum restitucionem condemnari debere diximus, nisi forsitan hic illatam alteri injuriam Justitia quadam correctiva deleat, siuumque adeo factum emendet ipsum; manifestum fecimus indicium, posse actus illos Justitiae correctivæ seu emendativæ, quibus alteri quod siuum est redditur, etiam a privatis exerceri. Nempe qui alteri facultates surripuit, potest sponte illas restituere; qui alterius contaminavit famam, potest, sive propria injuriz confessione, quæ alter ille velut in integrum bonæ suæ existimationis asseritur, sive alia convenienti ratione, damnum istud refarcire; qui vulneravit alterum, potest solutione numerorum pro dolore, pro factis in sanationem impensis, pro operarum intermissione, eidem satisfacere; neque ultimo Judicis interventu hec opus est.

xv. Toto

FORENSIBUS

2x

xv. Toto igitur cœlo errant, qui non solum
non peccare, sed promovendo etiam sanctæ Justitiae
negotio non parum velificari se arbitrantur, si quavis
data vel minima occasione, propter res saepe leviuscu-
las, ad publici Judicis subsellia proximum protrahunt.
Tantum quippe abest ut Deo probetur præposterum e-
jusmodi Justitiae studium, ut potius ipsi maximo pere id
duplicere certo certius sit. Dic, sodes, an ad tri-
bunalia Christianos ablegare voluit Paulus Apostolus,
quando scripsit i. Cor. vi, 7. Ἄλειτημα εἰ ὑμῖν ἔστιν,
Ἔπει κρίματα ἔχεις μετ' ἄλλοις.

*Errans quæ
data qua-
vis occasio-
ne judicis
operam si-
bi impla-
randam
esse arbi-
trantur.*

διατί γάρ μᾶλλον ἀδικεῖσθαι;
διατί γάρ μᾶλλον ἀπετερέσθαι; Omnino defectus in vobis
est, quod lites habeatis inter vos invicem. Quare
non potius injuriam patimini? cur non potius damnum
accipitis? an Christus, cum dixit ad discipulos, Matth.
v, 39. seqq. ἐγώ λέγω ὑμῖν, μή ἀντετίνεται τῷ πονηρῷ ἡλίῳ
τοῦ σὲ πατεῖσθαι τῷ δέξιῳ σὺ σιαγόνας, τρίτον διυτί καὶ
τὸν ἄλλον τῷ δέλοντι τοι κριθῆναι, τούτῳ χιτῶνα τῷ λε-
βῶν, ἅροις διυτί καὶ τῷ ἱμάτιον τούτῳ ὅσιος εστιν ἀλλαζεῖσθαι μίλιον
ἡ, ὑπάγε μετ' ἀυτῷ δός. Ego dico vobis, ne resistatis
malo: sed qui te cedit in dextram tuam maxillam, ob-
verte ei alteram: & volenti tecum litigare, & tunicae
tuam auferre, cede etiam vestem inferiorem: & qui te ser-
vire coegerit bajulando aut currendo ad miliare unum,
peragra cum illo duo. item comm. 23. 24. Εἴ τοι προσφέ-
γχε τῷ δέρπον σὺ εἰς τὸ θυτιστήριον, κακές μνηθῆσ, εἴ τοι δὲ λε-
φός σὺ ἔχει τὴν κατὰ τὴν, φρεσὶ γάρ τῷ δέρπον σὺ θυμπροδεν τῷ
θυτιστήριον, τούτῳ πρῶτον διαλέγεσθαι τῷ αἰδελοφῷ σὺ,
τούτῳ τοτὲ ἐλέων προσφεγε τῷ δέρπον σὺ. Quod se attulerit.

C 3

1760



munus tuum ad altare, & ibi tum recordatus fueris, frater
 tuum babere aliquid contra te, relinque illuc mu-
 nus tuum coram altari, & abi, ac primum reconciliator
 fratri tuo, & tunc reversus offer munus tuum. Ad quae
 verba pie ac prudenter Lutherus, Tom. v. Ien. G. fol.
 376. Er macht / ait, de Salvatore loquens, eine lange
 Predigt über diesem Gebot. Und ist wol ein leichter
 Text anzusehen / aber sehr ein weitläufig gemein
 Laster / --- und muß doch nicht den Namen haben.
 Denn es ist auch das allerschönste / und keines! das
 sich so hübsch puzen und schmücken kan mit dem
 schein der Heiligkeit. Darunter viele Leute sich
 und andere betriegen / und sehen nicht / wie sie dem
 Nehesten von herzen feind sind / oder einen heim-
 lichen Gross wider ihn tragen : wollen gleichwohl
 fromm seyn / dienen Gott / und / wie er hic sagt / ge-
 hen zum Altar / und opfern / meinen / sie seyn recht
 wol dran. Das macht / der schmuck und schöne De-
 ckel ist da / der da heißt Zeus Justitiae eiae solche Tu-
 gend / die das Recht lieb hat / und wieder das Böse
 zürnet / und kans nicht leiden.--- Da kommt nu der
 fromme Schalck / hänget dasselbige Mäntelein
 umb / spricht / er thue es auf Liebe zur Gerechtig-
 keit / und habe recht und billig ursach dazu. — Al-
 so sind viele / auch seiner / ehrlicher / gelehrter / und
 sonst rechtschaffener Leute / die so in heimlichem Zorn/
 Neid / und Hass gehen / und drinnen versauern / daß
 sie es nimmer gewar werden / und bleiben alle in
 dem gemachten Gewissen / sie thuns von ihres
 Ampts oder der Gerechtigkeit wegen. Denn der
 De-

FORENSIBUS.

23

Deckel ist zu schön / und blendet zu sehr / daß sie niemand thar anders schelten denn rechtschaffene fromme Leute. Confer infra num. xxvi. & refer proro huc, quæ idem habet Lutherus comm. in Genes. xiii, 8. 9. Postill. Eccles. in Epistol. Dom. v post Trinit. Postill. Domest. in Evang. Dom. xxiii. post Trin.

xvi. Enim vero non inficiamur, casus posse incidere, ubi Judicis implorare opem non permisum modo sit, sed & necessarium. Cape exempla. Tutor ego sim constitutus pupillorum, & bonorum administrator, quæ nonnisi exigua iis suppetant. Eripiat horum aliquid per manifestam injuriam homo avarus & improbus, nec ulla possit alia ratione nisi Magistratus auctoritate interposita ad ablata restituenda adduci, auctoritate tunc obstrictus ego sum, ut iudicis opera facultates recuperem, sine quibus commode aut honeste vivere nequeunt, qui meæ curæ sunt commissi? Infidetur quis famæ tuæ, labemque publico munere fungenti adspergere satagat, qua ad spartam cum fructu posthac ornandam inhabilis reddereris, nisi existimationi tuæ idonea ratione consuleretur, id autem fieri non possit sine publicæ potestatis interventu; numquid peccaveris, si in forum hominem protrahas, bonaque existimationem, quam integritate vitæ & inculpatis moribus apud alios tibi comparasti, per Magistratum vindices? Imo & tui ipsius & boni publici causa facere te id oportere, nullum est dubium. Confer quæ habet hic facientia Chemnitius Locorum Theolog. parte II, ubi de Vindicta agit, pag. 128. seqq.

xvii. Cumque præterea inter viros etiam proter viros
bos, probos.

Aliquando
tam non
modo per-
missum id
est, sed &
necessariū.

Etiam in-
ter viros
bos, probos.

eo pte
 controver-
 sia ad Ju-
 dicium pu-
 blicum re-
 ste ac pru-
 denter nō
 nunquam
 deferuntur
 bos, de facultatibus præserim quas quilibet privatim &
 jure acquisiti dominii possidet, controversiae nonnum-
 quam orientur, & vero in rebus ad nosmetipso perti-
 nentibus dijudicandis ex insita *parvitate* fere coecutiam,
 (negli enim cuiquam mortalium *injuria sua parva* viden-
 tur; multi eas *gravius* agno habuere; ceu dicit, apud Sal-
 lustium in Catilina, Cæsar) indeq; Imp pp. Valens, Gra-
 tianus, & Valentinianus, generali *lege* decreverint, ne-
 minem sibi esse Judicem, vel ius sibi dicere debere; l. un. C.
 Ne quis in sua causa judicet, vel ius sibi dicat, ideo quoq;
 consultum est aliquando, ut Magistratui negotium com-
 mittatur; cuius nihil alias interest, quique adeo extra
 affectuum corruptelas tutius in causis alienis positus,
 majori etiam auctoritate valet, rerumque agendarum
 peritia commendabilis est. Nam & hoc consilio si ad Ma-
 gistratum dissidia deferantur, Scripturæ sacræ adeo id
 non adversatur, ut potius hujusmodi medium lites in-
 ter fratres enatas componendi illa ipsa nobis commen-
 det. Quorsum enim alias tendunt Paulina illa supra ex-
 preslo loco comm. 5. ḡt̄us ḡt̄is b̄i ōs̄is ōs̄os̄, ḡd̄i ēs̄, ōs̄
 b̄ūn̄er̄ā b̄ūn̄er̄ā d̄ȳd̄ p̄t̄ōv̄ Ē d̄ēl̄p̄ē d̄ūr̄s̄; Adeo non est
 inter vos Sapiens, ne unus quidem, qui possit judicium
 ferre inter fratrem & fratrem? Equidem de audeundo
 publica auctoritate constituto iudice Christiano Apo-
 stolus heic non loquitur, quippe qui nullus tunc erat;
 sed de arbitro quem ex medio sui eligere deberent fi-
 deles, si quid forte in controversiam & disceptatio-
 nem apud ipsos vocaretur. At eandem esse rationem
 iudicis publici, taliterque electi arbitri, quantum ad
 præsens spectat, nullum potest esse dubium. Refer huc
 illu-

illustrem locum Aristotelis ex quinto & p̄eclarissimo Ephi- Locus A-
corum libro (verba Lutheri sunt, Comment. in Genes. ristotelis
cap. XLIX, 17.) cap. IV. (al. VII.) & libro IV. Eudem. de Judice
cap. II: ὅταν θυροβρύσονται τὸν Δικαστὴν καταφεύγουσι. τὸ δὲ τοῦ μεσοίδης
τοῦ δικαστην ἵεται, ἵεται δέ γε ἐπὶ τῷ δίκαιον ὃ γὰρ δικαστὴς βάλεται ἔνας
εἷς τῶν δίκαιων οὐψιχον καὶ ζητεῖσι δικαστὴν μέστον καὶ καλλί-
τον ἡγούμενον μεσοίδην ὡς εἴ τοι τὸ μέσον τύχωσι, τῷ δικαίῳ
τενέζομενος μέστον ἄρα τῷ δίκαιον, ἐπειδὴ καὶ ὁ δικαστὴ.
Cum aliqua de re inter se dissident homines, ad Judicem
confugiunt. Adire porro ad Judicem, adire ad Ius est:
nihil enim videtur aliud esse Judex, quam Ius anima-
sum; queruntq; Judicem medium: & vocant nonnulli
Judices μεσοίδης quasi videlicet facile sit futurum, ut Ius
suum obineant, si medium consequantur. Ius ergo me-
dium quiddam est, siquidem etiam Judex medius est. Ubi
pro μεσοίδης alii legunt μεσοδίης. Id quod tamen male
fieri, Casaubonus heic annotat, siquitem μεσοδίης agnoscat Hesychins, & Aristoteles Politicorum lib. v,
cap. vi, ea voce tatur, prætereaque apud Phrynicum
vox μεσοδιῆς existeret. Ceterum quæ proprie hujus
vocabuli vis sit, e Philosophi contextu liquere satispo-
test. Lambino - Bergiana versio Latina reddidit, In-
termédios; Obertus Giphanius in Commentario Me-
diarios; Io. Argyropilus Byzantius, Leonardus Are-
tinus, Io. Bernhardus Felicianus in sua translatione,
Thomas & Jac. Faber Stapulensis in suis commentariis convertunt, Mediatores; Antonius Riccobonus red-
dit Medianum; addens in commentario: Vocabulum Me-
dianus Vitruvii est: Barbari appellant Mediatorem. Petrus
. Victorius, in suo Commentario, Italico etiam sermo-



DE ACTIONIBUS

ne Judices **Mezzani**, i. e. **Mediatores**, appellari monet: **Etsi fortasse**, ait, **nos Itali non omnes Judices hoc nomine appellaremus**, sed solum eos quos **Jurisconsulti Arbitros vocant**. Quo uocabulo etiam **meūdīo memorato Politicorum Aristotel. loco idem expressit Victorius**; quemadmodum & alii interpretes. **Leonardus Aretinus** **āxorrā meūdīo** transtulit, **virum qui ad neutram partem magis inclinare videatur**. **Daniel Heinsius** in Paraphrasi, **Ducem medium, hoc est, aliquem qui neutri parti sit addicetus, ut suspiciones ab utroq. avertat**. **Ber gius**, in suo **Variarum Lectionum & Notarum**, ex **Victorio, Sylburgio**, aliisque depromptarum Syllabo, **Poēticum**, inquit, **vocabulum Aristoteles, ut alias quoque, adsumpsit**. **Mītīdīo** dicunt Poēta, pro **uto**, sicut **xpo**-**trādīo**, **pīdīo**, pro **xpūrīo** & **pā**, & alia similiter

Sed haec us in waſdīo. ad propositum redeamus.

XIX. Constat ex dictis, posse hominem etiam Christianum sine scrupulo coram Magistratu judicio interdum experiri, injuriam intentatam ejus subsidio arcere, bona erpta repetere, suorum defensionem quaerere. Ceterum quam certum id est, tam caveri debet sollicite, ne quid heic se admisceat vindictæ privatæ: quæ est cupiditas dolorem aut malum alteri inferendi, non propter reparandum daminum, aut commodum sibi eruptum restituendum, sed ut alter malum sentiat, & miserior aut deterior fiat. Hujusmodi enim vitium quam Deo invisum sit, ex Matth. v. 36. seqq. Rom. xii, 17. seqq. aliisque Scripturæ S. testimoniis liquet. Nec quemquam temere Christi nomen professum ita impudentem fore reor, ut non verbis saltim tamquam gran-

de

Scđulo in-
serim' ca-
vendum
heic, ne
quid vin-
dictæ pri-
vatæ inter-
veniat.

FORENSIBUS.

27

de peccatum privatam illam vindictam sit detestatur; quippe cuius turpitudinem ipsi etiam *in vita* per connatum naturæ lumen agnoverunt, cui libro i de Calumniis Gentilium cap. ix, 3.4. ostendimus. Verum quod verbis multi abominantur, idem illud factis comprobantes, ipsa praxi manifesto exprimunt: idque non solum crassâ ista omnibusque facile animadversu ratione, quam supra, num. ii, seq. depinximus, sed subtiliori etiam modo, atque ita, ut sub vindictæ publicæ prætextu mera se privata ultio abscondat.

XIX. Quod ne frustrâ dixisse videar, sequentia *Quonodo*
Christiano lectori pie expendenda fito. *Quotidiana* *Vindictæ*
fane docet experientia, si quis actionem in aliquem *privata e-*
hodie instituat, non eo contentum hunc esse, ut ini-*tiam a non*
que ablata per Magistratum restitui sibi petat, famæ suæ *adver-*
& existimationi consultum ear, seque & suos adver-*tibus exer-*
sus injustas improborum machinationes defendat: sed *ceatur.*
omni ope niti præterea, sive viva voce sive libelli sup-
plicis interventu antagonistam accuset, ut ad irrogan-
dam ipsi pœnam Judicem impellat. Quam quo gravio-
rem is constituit, hoc magis gaudet actor, exultat, &
gloriatur. Quod si imponere eam negligat, aut etiam
non satis severam jubeat persolvere, ibi vero ringitur,
stomachatnr, de Justitiæ negata administratione que-
ritur, satis factum sibi non esse clamat, & talium impa-
tientiam summamque animi impietiam prodentius
actionum nec modus nec finis est. Neque tamen
delinquere sic se putat litigator ejusmodi, sed potius
ob singularem Justitiæ zelum, non vulgarem se laudem
promererri existimat. Hinc saepa viris etiam cetera satis

D 2

pru-



DE ACTIONIBUS

prudentibus, nec alias profanis aut impiis, haec similesve exaudiuntur voces: Wolte ich den Rechten nach mit diesem verfahren/ vel: Wolte ich mich meines Rechtes wider ihn gebrauchen / ich könnte ihn auff Staupenschlag / ja auff Galgen und Rad anklagen. Quasi vero ex Justitiae scitis vindictam exigere tibi actori licet, & non potius ipsa divini Juris præscripta sic violares, quibus tam serio CHRISTI servis mandatur, quod non debeant obsistere malo; sed inimicos diligere, benedicere iis qui diris ipsos devovent, benefacere osoribus, & orare pro infestantibus ac persequentiibus, Matth. v, 39. 44. quod reddere non debeant malum pro malo, aut convicium pro convicio; sed contra benedicere, i. Petr. iii, 9. quod non debeant semetipsos ulcisci; verum dare locum iræ (non suæ, sed) Dei, dicentis: *Mibi debetur ultio; Ego rependam;* Rom. xii, 14. 17. 19. quod ne ingemiscere quidem debeant adversus fratrem, Jac. v, 9. sed sufferre alii alios, & condonare sibi mutuo, si quis adversus aliquem habuerit querelam, Coloss. iii, 13. quod CHRISTI debeant insequi vestigia: qui, cum maledictis afficeretur, non regesfit maledicta; cum pateretur, non minatus est, i. Petr. ii, 21. 23. Quæ profecto talia sunt, ut in homine CHRISTI amante deberent merito (cum Augustino loquar epist. LIV) accusatorum dolorem frangere.

*Ultio pri-
vata vin-
dictæ pu-
blica pre-
textu tur-
pitudinem
suam qui ei impingerem, similive ratione incommoda illi & mole-
velare ni-
stias adaspergerem, ultionis privatæ reus forem. Nunc au-
tem*

xx. Atqui, aīs, de privata haec accipere oportet vindicta, non de publica, quam solam ego expeto & desidero. Quod si ipse fustigarem adversarium, si alapas suam qui ei impingerem, similive ratione incommoda illi & molestias adaspergerem, ultionis privatæ reus forem. Nunc autem

tem rem om̄ē ad legitimū Magistratū defero, huic totum negotiū committo, ejusque opera mihi lēso fātis fieri unice postulo: quod quid aliud ēst, quam confūgere ad vindictām publicām, omnīum Orthodoxorum confessionē licitam & permīssam?

xxi. Hāc nimirū illa ēst Helena, cuius speciosa *Vindicta* forma viri etiam cetera prudentes, at heic non satis cir-^{privata ab}
cumspēcti, tam facile imponi sibi patiuntur: de vulgo ^{iis etiam} qui publis-
ut non dicam, qui novum sibi Evangelium prædicari
crediderit, si ab inveterato illo more, sub desideratā Ju-^{ci Judicis}
stīti p̄r̄textu adversarii confusionem, dānum, rui-^{opera u-}
nam, infamiam quārendi, abstrahere eum velis. Cete-^{tuntur,}
rum nullus dubito, quisquis debita cum cura, pioq; inpri-^{exerceri}
mis animo, rem consideraverit, sive Theologus ēst,
sive Jurisconsultus etiam, longe aliter sensurum ēſſe.
Falsissimum scilicet ēſſt, publicām statim eam ēſſe vindicām,
quæ quoquā modo per publicām potesta-
tem, sive Magistratū, in actū traducitur. perinde ut
multi decipiuntur illa notatione, quæ ab etymologia sumi-
tur: *privata vindicta* ēſſt, quæ a *privata persona* exercetur;
& quia illam pro *vera & perfecta definitione* amplectuntur,
judicant, milites exercere *privatam & prohibitam vindictam*; annotante Chemnitio Loc. Theolog. parte II.
pag. m. 121 b. cum qua confer, quæ habet idem pag. 117.
a. ac 118. a. Et cui, obsecro, ignotum ēſſt illud
πολεμώντων Quod quis per alium facit, per se
fecisse putandus ēſſt? Quando Joh. xix, 1. legimus:
ἔλυθεν ο πλάτη τὸι μαστίχην, καὶ ἐμαστύωσεν, Assumisit Iesum Pi-
latus, & flagellavit; nemo non intelligit, fecisse heic dici
Pilatum, quod Iustū ejus & auctoritate fecerunt milites.

Similiter cum toties repeterent Judæi crudele illud Crucifige, Marc. xv, 13. 14. Luc. xxiii, 21. Joh. xix, 6. non hoc quarebant, ut si quis ipse manibus ligno JESUM figeret injustus ille Judex; sed ut ab aliis id fieri mandaret. Sic Joseph junxit se dicitur currum suum, Gen. XLVI, 29. utique opera ad hoc usus servorum; Dominum baptizasse scribit Johannes cap. iii, 22. iv, 1. quem tamen ipsum non baptizasse, sed ejus discipulos, idem mox affirmat comm. 2. Ubi S. Augustinus, tract. xv. in Johannem: *An utrumque verum est, ait, quia & Iesus baptizabat, & non baptizabat? Baptizabat enim, quia ipse mandabat: non baptizabat, quia non ipse tingebat. Prebebant discipuli ministerium corporis, prebebbat ille adjutorium maiestatis, utijam supra dixerat tract. v: Baptizabat ipse, & non ipse. Ipse potestate, illi (discipuli) ministerio. Servitutem ad baptizandum illi admovebant; potestas baptizandi in CHRISTO permanebat.* Ira quamvis, longas Regibus esse manus, recte alias Poëta scribat, non tamen eas ita longas esse dixeris, ut per tot sœpe miliarium intervallum ignem ipsi urbibus immittant, quarum tamen incendium omnium ore iis tribuitur. Nempe cauſarum moralium, quas vocant Metaphysici, haec est ratio, ut intuitu effectus culpa aut meritum in iis resideat, si vel maxime aliena interveniat opera. Quomodo v. c. Apostolus Petrus Judæis objiciebat, quod Iesum Nazarenum crucifixissent, Act. iv, 10. & interemissent Principem vitæ, Act. iii, 15. cum Romani id fecissent; verum impellentibus, instigantibus, flagitantibus Judæis. Sive ergo tu amet manu te ulciscaris, sive animo ultionis cupido Magistratum ad sumendum ab adversario pœnam

con-

FORENSIBUS.

31

concites, perinde est, & utroq; modo vindictam privatam exerceas. Confer Grotii lib. II de JureB. & P. cap. XXI, i. 2. Et ne nova hæc forte doctrina videatur, Chemnitium consule, summum illum omniumque calculo a pietate & orthodoxia commendatum Ecclesiæ nostræ Theologum; qui, loco paulo ante expresso, pag. 117, a. diserte inter Pharisaicas a Salvatore Matth. v, 38 .feqq. notatas atque rejectas Legis corruptelas refert, quod, qui *privata cupiditate vindicet, contra dilectionem proximi querat a MAGISTRATU ultionem*, non peccet, sed bonum opus faciat. quemadmodum & jam ante nos, anno c^{lo} loc^{lo} LXXV, in Piis suis Desideriis scripsit Venerabilis Dn. D. Spenerius: *Uti vetitum non est, ut divinam open in Magistratus officio coram judicio imploremus, hoc tamen exigit divinum præceptum, ut in ipsa cause disceptatione proximo omnia illa officia exhibeantur que nobis ab aliis exhiberi desideramus.* Quando vero his contraria fieri conspicimus, **PLERISQ; LITIGANTIBUS MAGISTRATUS OFFICIO NON NISI PRO INSTRUMENTO SULÆ VINDICTÆ, INIQUITATIS, ET CONCUPISCENTIÆ IN JUSTÆ UTISOLITIS, hoc etiam ex peccatis est quæ communiter non agnoscantur, adeoque eorum nec recordantur qui paenitentiam agere cogitant.** Et quid multis? en argumentum invictum:

Quisquis flagrat cupiditate dolorem aut malum alteri inferendi, non propter reparandum damnum, aut commodum sibi eremptum restituendum, sed ut alter malum sentiat, & miserior aut deterior fiat, private vindictæ visio laborat.

Atqui, non contentus reparatione damni, aut commodi sibi erupti restitutione, Judicem ad rependendas ab antagonista

DE ACTIONIBUS

nista suo pœnas, ea ratione quæ supra num. XIX, expressimus, impellit, is flagrat tali cupiditate.
Ergo idem private vindictæ vitio laborat.

Major. data num. xix Vindictæ privatæ definitione nititur: qyam nos non sumus commenti, ut scenæ forsan inserviremus, sed ab aliis jam ante Theologis orthodoxis & accuratis Moralistis traditam nude dumtaxat repetiimus. Minor ex se ira evidens est, tamque manifestæ veritatis, ut nulla probatione opus habeat.

Dubium.

xxii. Dicis: Quidquid horum omnium sit, nondum tamen satis appareat, qui non a Vindicta publica sit, adeoque vitio careat, si quis publici Judicis interveniente auctoritate delicti pœnas det, tametsi hominis privati instinctu id fiat ac impulsione.

Pœna quæ xxiii. Resp. Pœna, quam tali causa reus sustinet, du-
reus habet, plicem subit respectum. Primo nempe refertur ad po-
aliter se testatem publicam, sive Magistratum, qui, si recte
baber ad divinitus sibi demandato munere fungitur, so-
Magistra- lo Justitiæ amore, communique tranquilitati consu-
tum rela- lenti studio, improbos coercet, multisque in eorum
ta, ad illū delicta animadvertisit. Deinde hominem respicit læ-
qui Magis- sum, prout is, ægre ferens illatam sibi injuriam, odioque
tratum ad hinc & ira incensus, damna ac incommoda lædenti in-
puniendū instigat. iisque opera Judicis onerare illum fatagit. Priori
instigat. modo vindictæ publicæ effectus est, divinæ au&toritati
ipsique juri naturæ innitentis, atque hinc maximopere
probandæ. Posteriori ratione incommodum est ex
longe alio fonte promanans, animo videlicet indignatione pleno, quique aviditate ultionis in alterius malo
acquiescentis transversum se abripi patitur: & proinde
 in

FORENSIBUS.

33

in causis impulsivis, sive internis sive externis, causis finalibus, aliisque circumstantiis, nulla plane heic est convenientia. Quarum tamen adeo accurata in negotio praesenti habenda est ratio, ut de ipsa etiam potestate publica scribere non dubitet Chemnitius, loco saepius memorato pag. 118.a.

Quando Magistratus sine legum autoritate innocentes ledit, vel etiam quando fontes punit, si ipse Magistratus non facit hoc Zelo Justitia, sed privata cupiditate, seu odio fontes persone, vel quod sevicia & ipsis cruciatibus delectatur, & breviter, quando delinquit in causa impulsiva, formaliter, & finaliter, tunc peccat in precepto de privata vindicta. & pag. 117.b. Magistratus, nomine & pretextu publica vindicta vindictam omnia sua facta excusat & defendit: cum Scriptura affirmet, etiam publicas personas, & quidem in publico officio, posse & solere sepe privata cupiditate peccare, cui probando testimonia adducit Ezech. xxv, 12. 15. Jerem. xx, 10. Nimirum, ut ex ipso naturae lumine agnovit Tullius, omnis & animadversio & castigatio contumelia vacare debet; neque ad ejus, qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipub. utilitatem referri; libro i de Officiis. Vide quæ supra notavimus num. ix.

xxiv. Observabis autem, quæ contra ultores pri-
vatos, specioso vindictæ publicæ velamento suum illud & quarat
peccatum operire studentes, nunc disputamus, iis dum taxat opponi (uti etiam supra jam non semel fecimus in-
dicium) qui animo infenso eoque unice consilio Judi-
cium ad poenas irrogandas solicitant, ut adversario mali-
quid & incommodi eveniat: alias vero non negari no-
bis si tale absit propositum, posse interdum, ut poenis coercentur qui nos laedit, licite a Magistratu peti. V.g. impellere.

E

fit

sit quis perversæ adeo mentis, tantæque malitiæ & per-
vicaciæ, ut tuta ab ejus improbitate præstari nequeant
fortunæ tuæ & vita ipsamet, nisi in carcerem condatur,
similive ratione securitati tuæ prospiciatur, quæ cū mo-
lestia istius & incommodo sit conjuncta, poteris sine
Numinis offensione hujusmodi func poscere subsidium:
quippe cum ultionem hoc pacto non pares, sed tui dum-
taxat defensionem quæras; quod privato quoque est per-
missum. Egregie hanc in rem Thomas, in Secundæ,
quæst. CLIX, artic. i. In Vindicatione, inquit, consideran-
dus vindicantis animus. Si enim ejus intentio feratur prin-
cipaliter in malum illius de quo vindictam sumit, & ibi quies-
cat, est omnino illicitum: quia delectari in malo alterius,
pertinet ad odium; quod Charitati repugnat, qua omnes ho-
mines debemus diligere. Nec aliquis excusat, si malum
intendat illus qui sibi injuste intulit malum: sicut non excu-
satur aliquis per hoc quod odit se odientem. Non enim de-
bet homo in alium peccare propter hoc, quod ille peccavit
prius in ipsum. Hoc enim est vincere malo, quod Apostolus
prohibet, ad Rom. 12, dicens: Noli vincere malo; sed vince
in bono malum. Si vero intentio vindicantis feratur prin-
cipaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per paenam
peccantis, puta, ad emendationem peccantis, vel saltem ad
coibitionem ejus, & quietem aliorum, & ad Justitie con-
servationem, & Dei honorem, potest esse vindictatio licita,
aliis debitis circumstantiis servatis. & quæst. CLIX, artic.
i: Appetere vindictam propter malum ejus qui puniendus
est, illicitum est. Sed appetere vindictam propter vitiorum
correptionem, & bonum Justitia conservandum, lauda-
bile est.

xxv. Nimirum fieri potest, ut etiam extra tale constituti periculum, cuiusmodi ante fiebat mentio, de repetenda a reis pœna qui nos læserint, recte Magistratum moneamus. Ecce enim. Judex sit in civitate, οὐδὲ μὴ φοβέσθενθε, καὶ ἀνθρώπων μὴ ἴτιστομενθε, qui DELIM non timeat, nec hominum quemquam revereatur, (Luc. xix. 2. 4.) indeque nullas crediti sibi muneris partes debita ratione exequatur: magna mihi fiat ab improbo quodam injuria, eaque licet plene cognita sit Judici isti, ne quaquam tamen vindicetur, sed prorsus maneat impunita: heic ego si, non ulla adversario incommodandi cupiditate, & quasi hujus malo delector, sed nudo Iustitiae, tantopere mortalibus necessariae, desiderio, prætereaque divini de monendo & corripiendo errante fratre præcepti memor (vide Levit. xix. 17. Prov. xxix. 23. Eph. v. ii. i. Thess. v. 14. ii. Thess. iii. 14. 15. Hebr. iii. 13. x. 24. 25. Jac. v. 19. 20.) negligentem ejusmodi magistratum officii sui commonefaciam, tantum abest ut privatæ ultionis crimen incurram, ut potius, quæ directe huic opposita est, Christianæ Charitatis laudem, in se si spectetur mea illa actio, promerear. Applica heic quæ pie & eleganter, in arguento occupatus nostro huic non dissimili, Gregorius M. disputat Expos. Moral. lib. xxii, cap. vi. ubi inter cetera, *Cum noſter, ait, ac multo-
rum hostis* (vide supra num. xxi) perimitur, *de ereptione
proximorum* potius, quibus sua ille nequitia & iniquitate molestus fuit, quam de inimici interitu necesse est ut antis-
mus leetur. oportet namque, ut pereunte adversario subtiliter pensare debeamus, & quid debemus ruine pecca-
toris, & quid iustitia ferientis. Nam cum perversum-

DE ACTIONIBUS

quemque Omnipotens percutit, & condolendam est miseria pereuntis, & congaudendum justitia Iudicis: ut nobis & in tactu sit pena pereuntis proximi, & rursus, in gaudium veniat exhibita equitas judicantis Dei; quatenus nec pereunti homini existimamur adversari, nec judicanti Deo inveniamur ingratii.

Quam difficile sit ardui in negotio ad antagonistam spectante re, ne quid lib. i, cap. xxvii: Omnis peccator, in quantum peccator, non odit & si est diligendus: omnis autem homo, in quantum homo, diligit & se gendus est propter Deum: quandoquidem, ut idem scribit epistola lvi, facile est atque proclive, malos odire, quia mali sunt; rarum autem & pium, eosdem ipsos diligere. Not. in quia homines sunt: ut in uno simul & culpam improbes, & opus. de naturam approbes; ac propterea culpam justus oderis, quod ad aern. ea sedatur natura quam diligis. Hinc in ejusmodi casu, cap. 24. n. 9 ubi, ne quid cupiditatis nos in etipso ulciscendi admisceatur, periculum esse potest, vel saltim suspicio, ab illis etiam qua rectissime alias fiunt, tutius abstinemus, alii que ea occasione reservamus. Tanta enim humanae naturae est infirmitas, ut nimis in actionibus nostris plerumque nobis blandiamur, & raro, quid illis adhaereat vitii, ita observemus accurate, quin aliquid ejus affectibus fascinatos mentis nostrae oculos subterfugiat. Quo spectat locus Lutheri, caput v Matthaei explicantis, Tom. v Jen.

FORENSIBUS.

37

Jen. Germ. fol. 388. b. ubi cum dixisset: Wo du allein dich mit Recht wieder Gewalt und Frevel suchest zu schützen und aufzuhalten / nicht dich zurächen / noch dem Rechtesten zu schaden / so thustu nicht unrecht. Denn wo das Herz rein ist / da ist alles recht gethan. statim subiungit: Es ist aber fährlich / darum dass die Welt sampt Fleisch und Bludt böse ist / und immer das ihre sucht / und gleichvoll mit solchem scheint sich schmücket / und den Schalk decket. Refer hoc quæ in Catechismo majori , nonum Decalogi præceptum exponens, idem habet Lutherus, quæque supra dedimus num. xv. Et si vel maxime de tui ipsius animi sinceritate per omnia heic esse posses certus, qui cavebis, obsecro , ne aliis, ipsique judicii præsertim, ac si lacesitus ulcisci te satageres, scrupulus injiciatur; quod fieri vetat Apostolus i Cor. ix, 9, seqq.?

xxvii. Dicis: Annon Ecclesiarum Ministri mone- Der Sachen
Seind / der
Personen
Ground seyn o
facilius
dicitur
quampræ-
statutus.
re solent in foro litigantes, ne sibi impedimento esse si-
nant actiones istas, quo minus ad S. Synaxin accedant,
ut qui possint, omni posito odio & similitate, causam
suum in ordinario Judicio agere: qui ergo tam sit diffi-
cile & arduum, sine ultiōnis cupiditate ad reum, a quo
laeti sumus, puniendum Judicem impellere?

xxix. Resp (r) Id vero est, idem per idem, & obscurum per æq; obscurum probare. Loquatur heic pro nobis celeberrimus prudentissimusque Theologus, Dn. Erasmus Sarcerius, Superintendent olim Mansfeldicus. cu-
jus verba, in concione de Reconciliatione fraterna: Ich pflege auch den Leuten zum offtermal zu ratthen / wenn sie ein Span miteinander haben / sie wollen der

E 3

Sachsen

Sachen Feind seyn / und des Mannes Freund / und von wegen ihrer irrung einander nicht hassen und neiden / vielweniger umb Neides und Hasses willen das hochwürdige Sacrament des Altars ausschlagen/zuhirem zeitlichen und ewigen Verderben: hab aber noch zur zeit hiermit so wenig nutzes geschaffet / daß mich gleich verdrueft / und sehe leider / daß ich solches wol lehren kan / aber den Leuten nicht geben. Noch muß mit der Lehre fortgefahren seyn / es folge gleich wer da wolle. Es truge sich auff eine zeit zu / daß ich diese Lehre auch einen grossen Herrn lehret; da gab er mir diese antwort: Lieber Herr / gebet mir auch hierzu / daß ich eurer Lehre folgen mag / und mit einem Span haben / und darneben nicht zörnen. & paulo ante: Es sind woll sehr feine Sprichwörter: Des Mannes Freund / und der Sachen Feind. Item/ man soll die Sachen rechten und fechten lassen / und die Personen nicht hassen. Aber lieber Gott / in so großer und verderblicher Zerrüttunge Menschlicher Natur / und aller guten Sitten/ werden weniger denn wenig befunden / die mit der That erzehlten Sprichwörtern sich gemäß halten. Ich habe ihrer viel erfahren / die sich doch bemühet / daß sie des Wiederparts Freund haben seyn wollen / und den Sachen Feind / auch die Sachen gerne hätten rechten und fechten lassen / und in des den Personen alles gutes gegönnet: aber ich hab ihr wenig befunden / denen solches ist angegangen. Man lasse das ein Meisterstück / Kunst / und sonderliche Gaben Gottes seyn / mit einem in Rechtfertigung stehenz

hen / und umb Schaden / Nachtheil / und Verlezung
an Ehren und Gütern / zu thun haben / und der hal-
ben in Neid / Zorn / Hass / Feindschafft und Widerwil-
len nicht fallen / hierinnen nicht etwa ergrimmen /
und in Ungedult nicht einfallen. Hat nu jemand
diese Gabe Gottes / das er sich erzehlter dinge ent-
halsten kan / dem gönne ich solche gerne / zweifel auch
nicht / das gemelte Gabe etliche Christen haben. Aber
mein s bedunkens lehret die tägliche Erfahrunge /
die nicht liegen kan / wie wenig derselbigen seyn.

xxix. Patet ex hucusq; disputatis, quid privatam inter publicamque Vindictam, quid inter defensionem ac ultimationem intercedat discriminis; & quæ læsi, quæ Magistratus Iudicisque sint partes, si quis ab altero injuriam accepit. Nempe & heic valet *πολεθρόν* illud: *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Si civem a cive læsum esse, præsertim gravius, exploratum sit Magistratui, peccat nisi poenam suo dignam facinore lædentem subire jubeat: idemque eo majorem meretur laudem (pro circumstantiarum ratione) quo fervidius id agit, ne impunitum maneat ejusmodi delictum. At si tali duatur studio qui læsus est, si, inquam, is, perinde ut justus iudex, in eo totus sit, ut commissum in se vindicetur crimen, Deum offendit sine dubio, tantum privatæ ultinis osorem. Sufficere enim huic debet, si recipiat quod suum est, datumque sibi damnum rependatur; quæ ad persequendas poenas spectant, superioris potestatis curæ *De Refutacione bonorum sententiarum Lu-*
reliktis.

xxx. Ceterum de illo etiam, quod sua repetere posse diximus cui illata est injuria, vocato quoque in *tentia Lutheri.*

auxilium, si aliter non licet, Judice, monendum adhuc aliquid ducimus. Nam & heic peccari non raro, plus sa-
tis experientia monstrat: dum videlicet, omni post habi-
ta æquitate, stricto juri nimis tenaciter inhæretur, aut alia
etiam ratione Christiana Charitas lreditur; sive de fa-
cilitatibus agatur, sive de fama & estimatione. Quo
pacto igitur gerere heic se debeat, tum qui Justitiam ad-
ministrari sibi petit, tum qui administrat, his verbis Lu-
therus docet, libro de Magistratu civili, Tom. II Jen.
Germ. fol. 205. Ich muß hie antworten denen die
von der Restitution disputiren/ das ist/ von Widerge-
ben unrichtes Guts. Denn solchs ein gemein Werk
ist Weltlichs Schwerts/ und viel davon geschrieben/
und manche wilde Schärfe hierinnen gesucht wird.
Aber ich wils alles in die kurze fassen/ und alle solche
Gesetz und Schärfe/ so davon gemacht sind/ auf eis
nem haussen verschlinden/ also: Kein gewisser Gesetz
kan man hierinnen finden / denn der Liebe Gesetz,
Auffs erste. Wenn für dich kommt ein solcher
handel / da einer dem andern sol wiedergeben; sind
sie beyde Christen/ so ist die sache bald gescheiden :
denn keiner wird dem andern das seine fürhalten;
so wirds auch keiner wiederfodern. Ist aber
einer Christen/ nemlich/ dem wiedergeben werden
sol/ so ist's aber leicht zu scheiden: denn er fragt
nicht darnach/ obs ihm nimmer wieder wer-
de. Dasselbengleichen ist der Christen/ der wie-
der geben sol/ so wird ers auch thun. Es sey aber
einer Christen/ oder nicht Christen/ so soltu also
urtheilen das Widergeben. Ist der Schuldig

ZU FORENSIBUS.

41

ger arm / und vermag nicht wieder zugeben / und der
 ander nicht arm / so soltu hic frey gehen lassen der lie-
 be Recht / und den Schuldiger losprechen : denn der
 ander ist auch nach der Liebe Recht schuldig / ihm sol-
 ches nachzulassen und nachzugeben / so es noth ist.
 Ist aber der Schuldiger nicht arm / so las ihn wider-
 geben / so viel er mag / es sey ganz / die helsste / dritte
 oder vierde theil / dass du ihm dennoch lassest ziem-
 lich / Haus / Futter / und Decke / für sich / sein Weib und
 Kind : denn solchs werstu ihm schuldig / wenn du es
 vermöchtest / viel weniger soltu es nu nehmen / weil du
 sein nicht darfst / und er nicht entbehren kan. Sind
 sie aber beyde Un-Christen / oder der eine nicht wil
 nach der Liebe Recht richten lassen / die magstu lassen
 einen andern Richter suchen / und ihn ansagen / dass sie
 wider Gott und Natürlich Recht thun / ob sie gleich
 hen Menschen Recht die strenge Scherfe erlangen.
 Denn die Natur lehret / wie die Liebe thut / dass ich
 ihun sol / das ich mir wolt gehan haben ; darumb
 kan ich niemand also entblössen / wie gut Recht ich im-
 mer habe / so ich selbst nicht gern wolt also entblösset
 seyn ; sondern wie ich wolt / dass ein ander sein Recht
 an mir nachlesse in solchem fall / also sol ich mich mei-
 nes Rechts auch verzeihen. Also sol man handeln
 mit allem unrechten gut / es sey heimlich oder öffent-
 lich / dass immer die Liebe und Natürlich Recht oben
 schwebe. Denn wo du der Liebe nach urtheilst /
 wirstu gar leicht alle fachen scheiden und enrichten
 ohn alle Recht-blücher.

F

XXXI.

DE ACTIONIBUS

42

Deregula xxii. Quæ Lutheri postrema accuratissime respon-
Chrisj: dent iis, quæ habet auctor præfationis Legum Alvredi,
Quod tibi Saxonum Regis, quam antiquissima lingua Alemanica
vis fieri, scriptam Boxhornius edidit. Ubi enim is recitatasset pe-
alteri fe- titam ex Matth. vii, 12. Luc. vi, 31. regulam: That ge-
ceris, Mat uullen that odre men eovre ne don, ne dod ge that odrum
theai 7, 12. monum. Quod vultis alios vobis non facere, ne facite id
Luc. 6, 31. atio. subjungit: On disfrum anum dome mon mage geden-
cean, that be agovelere on riut gedemet: ne dear sebe
manra odera. Hujus unius judicij quis potest reminisci, ut
unumquemque iuste judicet: non opus habet ullo altero.
Quemadmodum gemina quoque iis sunt hæc Laetantii,
Epitomes Div. Institutionum cap. ii: Radix Justitia &
omne fundamentum Equitatis est illud: ut ne facias ulli
quod pati nolis; sed alterius animura de tuo metaris. Si
acerbum est, injuriam ferre, & qui eam feceris videtur in-
justus, transfer in alterius personam quod in te sentis, & in
tuam quod de altero judicas; & intelliges, tam te injuste
facere, si alteri noceas, quam alterum, si tibi. Hec si men-
te volvemus, Innocentiam tenebimus, in qua Justitia velut
in gradu consistit. & infra cap. v: Speres', tibi accidore
posse quod alteri accidit. Ita demum excitaberis ad opem
ferendam, si sumpseris ejus animum, qui opem tuam in ma-
lio constitutus implorat. Confer, si placet, quæ de Alex-
andro Mamæa, & Muhammede, regulæ istius admir-
torib, Tract. de Persecutionibus Ecclesiæ cap. vii, 6.no-
tamus.

Sacerdii de xxxiii. Audiamus porro de Restitutione Erasmus
Restitutio- quoque Sacerdium, Theologum cordatisimum. Ita
ns locus. ille,



ille, laudata jam supra de Reconciliatione fraterna con-
cione: Die Restitution oder Widergeltung soll bil-
lig geschehen / wo sie möglich ist dem der sie thun soll.
Als den aber ist sie möglich / wenn sie nicht gereicht zur
eussersten Schande oder Verderb des Nehesten. In
welchem Christliche Regenten oder Oberkeiten die
Bescheidenheit pflegen zu gebrauchen / daß sie dem
unschuldigen nicht zuviel vergeben / und doch das
schuldige theil auch nicht in eusserster schande oder
verderb und verlust aller Habe und Nahrung brin-
gen. Als wenn einer an Glimpff und Ehren ist ge-
schmähet / daß es ihm der ander muss abbitten / und
Zeugniß geben / das er nichts denn liebes und gutes
von ihm wisse; da es aber Habe und Güter be-
langet / daß der Schuldige wiedergebe / nach verständi-
ger Oberkeit Erkäntniß / daß er gleichwohl nicht gar
an den Bettelstab gebracht werde. Wo aber der
Beleidigte oder Kläger völlige Restitution haben
wil / und mit der Schärfe auff den andern dringet /
der sol wissen / daß ihm unser lieber Herr Gott
wiederumb mit dem Maß messen werde / da er mit
misset / Matthæi am 5. Capitel. Wie er alsdenn bes-
tehen wird / mag er aus dem hundert und drey und
vierzigsten Psalm lernen / oder / wo ers nicht glauben
wil / mit zeitlichem und ewigem schaden erfahren.

xxxiii. Neve a solis Theologis talia tradi existi-
mes, en Politicorum quoque testimonia, eorumque
omni exceptione majorum. Quis enim major heic
Hagone illo Magno? Et tamen is diserte , lib. iii de Jure
B. ac P. cap. xiiii, num. iv, l. Scindunt est, inquit, latius docet H.
F 2

Charitatus
legem lati-
us patere
quam ju-
ris regulas
patere Gracius.

patere Charitatis quam Juris regularis. Qui divitiis floret, immisericordia reus erit, si inopem debitorem omnibus reculis suis excutiat, ut ipse ultimum quadrantem consequatur: multoque magis, si is ipse debitor in id debitum venerit sua bonitate, ut si pro amico fidejusserit, ipse autem nihil pecunie verterit in rem suam. Misérabilis enim est, ut ait patet Quintilianus, sponsoris periculum. Tamentam durus creditor contra Jus stricte dictum nihil facit. & lib. II, cap. XXIV, num. I, I, Evenit, ut plerumque magis pium regnumque sit, de Jure suo cedere. Nam nostra quoque vita curam honeste deferi, ut alterius & vita & salutis perpetua, quantum in nobis est, consulamus, supra suo loco dictum est. Maxime autem Christianis hoc convenit, qui in eo perfectissimum CHRISTI imitantur exemplum, qui pro nobis ad bus impiorum & infestis mori voluit, Rom. V, 6. Quod ipsum multo etiam magis nos excitat, ne res nostras aut nobis debitas persequamur cum tanto aliorum inconvenio num. II, 3. Interdum ex sunt rerum circumstantie, ut jure suo abstinere, non laudabile tantum sit, sed & debitum, ratione ejus quam hominibus etiam inimicis debemus dilectionis, sive in se specie, sive qualiter eam exigit sanctissima lex Evangelii. Ubi mox in testimonium advocat illud B. Ambrofii, lib. II. de Offic. cap. II: De suo jure virum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerumque etiam communitatis est. Porro lib. III, cap. I, num. III, 2. idem scribit Grotius: Sicut antehac monimus sepe, non semper ex omni parte licitum est, quod Juri stricte sumpto congruit. Sepe enim proximi Charitas non permitiet, ut summo jure utatur. In primis vero argumentum hoc persequitur ejusdem libri in cap. X. ubi testatur, Juris esse aut licere multo

FORENSIBUS.

45

multa dici eo quod impune fiant, partim etiam quod iudicia coactiva suam illis auctoritatem accommodent, que tamen aut exorbitent a recta regula, sive illa in iure stricte dicto, sive in aliorum virtutum precepto posita est, aut certe omittantur sanctius, & cum majori apud bonos laude, moxque recitat illud Agamemnonis ex Senecæ Troadibus:

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

eoque in loco pudorem, non tam hominum & famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus quod æquius meliusq; est, respectum significare, variorum adductis testimoniiis ostendit; ac deinde ista Senecæ ex libro I de Ira cap. xxvii. hoc refert: *Quam angusta Innocentia est, ad legem bonum esse! Quanto latius Officiorum patent quam Juris regula! quam multa Pietas, Humanitas, Liberalitas, Justitia, Fides, exigunt: que omnia extra publicas tabulas sunt!* Ubi *Ius* a *Justitia* distingui, observare jubet vir doctissimus, quia, inquit, *Ius accipit id quod in Judiciis externis viget;* pluribusque dicta confirmans, inter cetera notat, ipsos Juris consultos Romanos, quod sepe *Ius* vocant, alibi *injuriam* appellare, & æQUITARI opponere naturali; atque Lactantium, a Romanis legitime illatas esse *injurias*, affirmare. Cujus etiam Lactantii *huc facientia sunt ista, Epitomes cap. iv: Supra Leges (civiles puta) lex Dei est.* Ea quoque que pro lictoris habentur vetat, ut *Justitiam consummet.* & Institut. lib. vi, cap. xx: *Deus ea quoque ne fiant monet, que apud homines pro lictoris habentur.*

xxxiv. Illustria porro sunt, planeque tali viro di- *Seckendorf-*
gna, que habet Dn. a Seckendorf, loco aliquoties jam *si eo faci-*
laudato §. 2. Postquam videlicet de Magistratus officio *ens testimo-*
niū illustre.

F 3

sermonem fecerat, subiungit: Dieses alles wird nun viel
fleißiger und getreuer verrichtet / wann die Obrigkeit
nach denen Grund-säzen und Haupt-lehren des
Christenthums / und nicht nur nach denen Weltlichen
Sayingen / ihr ampt führet. Denn ob gleich die
Obrigkeit nicht wegen ihres Christen-Standes Ge-
richt und Botmäßigkeit übt / sondern ein Christ in
solcher betrachtung mit unserm Heylande wol sagen

Luc. 12, 14. mag: Wer hat mich zum Richter oder Er bishichter
unter euch gesetzt ? so kan doch die Person der O-
brigkeit / welche dem wahren Christenthum zuge-
than ist / sich nicht dergestalt von denen gründen des-
selben trennen und unterscheiden / das sie in Gerichts-
und Amts-sachen etwas thate oder zuliesse / so wieder
Gottes Wort und die Christliche Lehre ließe. Denn
wo das nicht vermeidlich wäre / so könnte kein Christ
im Obrigkeitlichen Stande leben / sondern müste der
Wiedertäuffer Schwarm dizzals statt finden. Es
bleibet aber nicht allein bey Vermeidung dessen / was
das Gewissen verlegt / sondern es muß auch eine
Christliche Obrigkeit zugleich auf die Christliche
Liebe in den Rechts-Sachen selbst ein abschen mit
nehmen / und dieselbe allertwegen gleichsam mitwir-
cken lassen / das also die Justiz / oder die Gerichtbarkeit
und Botmäßigkeit / welche eine rechtschaffene und
eiserne Christliche Obrigkeit übt und verrichtet /
durch die Christliche Lehre und Liebe gleichsam aus
der gemeinen / und / so zu reden / wilden art der
Menschlichen Gesetze / in eine fürtrefflichere un bessere
verseget und veredelt wird : gleichwie ein gepfroster
Baum

FORENSIBUS.

47

Baum viel lieblicher und gesundere Früchte bringet/
als er etwann gethan/ wann er nur in seiner natürlichen
rohen art geblieben wäre. Confer dissertationem nostram de Studio Belli ac Pacis num. XXXIII.

xxxv. Plana sunt, opinor, quæ de Vindictæ privatae & publicæ permitione, defensionis ac ultionis confusione, deque nimis rigorosa & Charitati aduersa Satisfactionis efflagitatione tradidimus, iisque ea fundamentis subnituntur, quibus concutiendis quæ possint machinæ adhiberi, vix appetet, ni forte ad iniuriam illam praxin receptamq; consuetudinem velis configere. Hoc enim illud est commune asylum, quo se recipiunt, quotquot nec rationibus & argumentis sua confirmare ac defendere, nec idonee aliorum sententiam refellere valent. Qua de re passim queruntur veteres illi athletæ sacri, Christianæ fidei πρεσβυτεροι, Ethnicaeque superstitutionis impugnatores: ut quibus negotium fuit adversus institutiones majorum, auctoritates receptorum: adversus Consuetudinem: --- que adulterinam istam divinitatem corroboraverant; dicente Tertulliano libro II. ad Nationes cap. I. quemadmodum hodieque difficultimum apud Indos fidet impetimentum ex ipsa inveterata Consuetudine profici, Josephus Acosta testis est lib. II. de procuranda Indorum salute cap. xix. cui heic suffragantur Fr. Xaverius lib. IV. epist. I. & Nicol. Trigautius, Christianæ expeditionis apud Chinas lib. V. cap. XIV.

xxxvi. Ceterum rectissime heic Clemens Alexandrinus in Protreptico: φύγωμεν τὸ συνθηκαν, φύγωμεν οἵοι ἔχουν χαλεπάν, ἢ χαρίζεσσας απελάν, ἢ Σερῆνας ricolos μυθικές φύγει τὸ φίδιοντο, τὸ φλεγέντας ἀπορέτα, ἀπ. Sepe erro-
res abripit

*Qui argu-
mentis non
possunt,
Consuetu-
dine actio-
nibus suis
patrocina-
rit sat agnō-*

γε τὸς ζωῆς τραχὺς ἐστιν, θεραπόνηται, τοῦτο
καὶ τὸν εἰσιν κακὸν ἔχει. Fugiamus Consuetudinem,
fugiamus tanquam scopulam difficultem, aut Charybdis mi-
nas, aut fabulis decantatas Syrenes: sufficiat hominem, a
Veritate avertit, abducit a vita: est laqueus, est barathrum,
est malum ventilabrum Consuetudo. & Lactantius Divin.
Institut. libro II, cap. vii: Oportet, in ea re maxime, in
qua viteratio versatur, sibi quenque confidere (potius) suo-
que iudicio ac propriis sensibus niti ad investigandam &
perpendendam Veritatem, quam credentem alienis errori-
bus decipi, tanquam ipsum rationis expertem. Dedit
omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inau-
ditia investigare possent, & audita perpendere. --- Quo-
re cum sapere, id est, Veritatem querere, omnibus sit in-
natum, sapientiam sibi admittunt, qui sine ullo iudicio --- ab
alii pecudum more discuntur. Quibus postremis pla-
niissime respondent illa Seneca, libro de Vita beata cap.
x: Nihil magis præstandum est, quam, ne pecorum ritu se-
quamur antecedentium greges, pergentes, non qua eundum
est, sed qua itur. Adde quæ in Decreto suo Gratianus
dist. ix collegit illustria Nicolai Papæ, Augustini, Cy-
priani, huc facientia testimonia, quæq; nos tradimus in
opere de Calumniis Gentilium in Christianos veteres, li-
bro I, cap. v, 8. 9. editionis proxime prodituræ.

Proverb. xx, 3.

Die gerne hadern / sind allzu-
mahl Narren.

KILONI M. DC. XC.

94 A 7369

X 2346757

III. 2





1 20 31

DE ACTIONIBUS FORENSIBUS

EXERCITATIO THEOLOGICA,

Qvam

IN ACADEMIA HOLSTATORUM

CHRISTIAN - ALBERTINA,

PRÆSIDE

CHRISTIANO KORTHOLT

S.Theol.D.Prof.Prim.& Pro-Cancellario,

publice discutiendam exhibit,
ad diem Februar.

JOHANNES Gottlieb MOLLERUS,

Gedanensis Prussus.



KILONI,

Typis Joach. Reumannii, Acad. Typogr.
Recusa, 1707.

